



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 27. Sessio sexta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

diebus Archiepiscopus Tomum ad vos mit-Sæculum V.  
tet, ut subscribatis; nolite facere! Ac. A.C. 448.  
cessimus ad Manuelem, qui nobis respon-  
dit, nihil ad se missum. Idem responsum  
ab Abrabamo retulimus. His auditis, Eu-  
sebius Doryleensis petiit, ut Eutychis cau-  
sa juxta Canones judicaretur, existimans,  
sufficientia contra ipsum allata fuisse ar-  
gumenta. Id Flavianus non negabat;  
at nihilominus, ut de justitia securissimi  
essent, Eutychi moram usque ad sequen-  
tem diem Lunæ 22dam Nov. quam pe-  
tierat, concessit.

### §. XXVII.

#### Sessio Sexta.

Sessio sexta die Sabbati, Mensis Nov. vi-  
gesima, habita. Eusebius Doryleen-  
sis petiit, ut ad diem Lunæ sequentem  
vocarentur certæ Personæ, quæ sibi, ut  
plene contra reum probaret, erant ne-  
cessariæ, nempe Narses, Presbyter, & Eu-  
tychis Syncellus, Maximus, Archiman-  
drita, & amicus ejus, Constantinus Dia-  
conus, ejus Apocrisiarius, & Eleusinius,  
alter ex ejus Monasterio Diaconus. Jussit  
Flavianus, ut vocarentur. Tum Euse-  
bius dixit: *indicatum mihi est, quod Pres-  
byteri, Mamas, & Theophilus, qui ad Eu-  
tychem secundo vocandum missi sunt, aliqua  
dicentem audiverint, quæ non retulerunt,  
etiam si ad penitus cognoscendam ipsius de-*

Ff 4

Fide

Sæculum V. Fide sententiam fint maxime idonea. S. L.  
A C. 448. to, ut hæc coram SS. Evangelii edicantur.  
 Mamas tunc absens, sed Theophilus praesens erat, atque interrogatus respondit:  
*Eutyches ad me, & Mamam Presbyterum, Narce Presbytero, Abbe Maximo, & quibusdam aliis Monachis presentibus, dixit: obsecro! in quo Sacrae Scriptura loco legitim, duas in Christo Naturas? & deinde: Quis SS. Patrum dixit, Verbum duas habere Naturas? respondimus: Tu autem nobis ostende, in quo loco Scriptura dicatur, Filium esse consubstantialem? Eutyches reposuit: id non in Scriptura, sed in Expositione Patrum invenitur, replicavit Mamas: idem & nos ad questionem tuam de duabus Naturis respondemus. Addidi; inquiebat Theophilus: estne Verbum perfectus Deus, an non est? Eutyches: est perfectus Deus. Instigi: postquam Verbum incarnatum est, estne Homo etiam perfectus, vel non est? dixit: est Homo perfectus. Ego intuli: ergo, si haec duo perfecta, Deus perfectus, & Homo perfectus, unum Filium constituant, quid prohibet dicere, Filium duas habere Naturas? Eutyches: parcat mihi Deus! ut Iesu Christi duas Naturas esse dicam, aut omnino de Natura Dei mei argutari audeam. Faciant de me, quod voluerint; ego in Fide, quam accepi, moriar! Flavianus ad Theophilum: quare hæc, pri-*

ma

ma vice ad nos reversus, non indicasti? Sæculum V.  
Theophilus respondit: nihil aliud nobis A. C. 448.  
mandatum fuerat, quam citare Eutychem,  
binc inutile fore credidimus, de re alia,  
quam quod nobis imperatum fuerat, re-  
ferre.

Postquam Mamas advenit, ea, quæ  
Theophilus modo edixerat, ipsi prælecta  
sunt, quibus auditis, ait: cum, a Concilio  
missi, ad Eutychem venissimus, mens nobis  
neutiquam erat, de talibus mentionem in-  
ferre; ipse vero sua dogmata promere, &  
disputare cœpit; nos humanissime virum  
corripiebamus; sed dicebat, Verbum In-  
carnatum venisse, ut Naturam Humanam,  
lapsam, repararet. Illico resumpsi: quam  
Naturam? repetiit: Naturam humanam.  
Dixi: at vero per quam Naturam, Natu-  
ra humana reparata est? respondit: non  
didici ex Scriptura in Filio duas Naturas  
dari. Reposui: etiam ex SS. Scripturis  
non didicimus Filium Consumentalem,  
sed ex SS. Patribus, qui Scripturas opti-  
me intellexerunt, & fideliter explicarunt.  
Dixit Eutyches: de Natura Divinitatis  
non dispiro, & duas Naturas non admitto,  
avertat Deus! Hic sum! si me deponant,  
Monasterium meum Sepulcbrum mibi erit.

§. XXVIII.

Sessio septima. Eutyches comparet.  
Constituto tempore, nempe die Lunæ,

Ff 5

22da